

*titrium, sicut id diligenter legenti, sess. 6.  
Concil. Trident. can. 4. & cap. 5. Coste-  
rum in Enchirid. & Bellarm. obvium est.  
Vide de his omnibus supra dictam nostram  
disputationem.*

---

## ARTICULUS XIX. DE CAUSA PECCATI.

1. *Hic articulus negat Deum esse causam peccati, & veram peccati causam adsignat his verbis: De causa peccati docent, quod tametsi Deus creat & conservat naturam, tamen peccati causa est voluntas malorum, videlicet Diaboli & impiorum, quae non adjuvante Deo, avertit se à Deo, sicut Christus ait. Iohani. 8. cum loquitur mendacium, ex seipso loquitur.*

Lutheri &  
Philippi  
primis an-  
nis minus  
commo-  
dè dicta,  
juxta  
hanc pu-  
blicam  
Confessio-  
nem inter-  
pretanda.

2. *Quæ ergo exprimit Lutheri & Phi-  
lippi scriptis Pontificii proferunt impropriè  
dicta, quibus malarum actionum & peccati  
causam in Deum conferre videbantur, illa  
iuxta hanc publicam Confessionem commo-  
de interpretari, non autores fugillare cando-  
ris erat.*

3. *Dammnamus igitur impias disputatio-  
nes*